



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118650**

§. 85. Mortis sententia Londini promulgata.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67246)

tura, majoresque conjuratis animos  
semper sit factura, adeo, ut crudelis mi-  
sericordia esset, si toties mortis prome-  
ritæ fieret gratia, verum cum hi nul-  
lum a Regina responsum pro tempore  
ferrent, eam denuo adeunt, & flexis  
in terram genibus orant, ut sui, suo-  
rumque rationem habere vellet, ne-  
que sententiæ adeo justæ executio-  
nem ulterius differendo se, regnum-  
que in manifestum exitium daret.

Ceterum ex dolosis his artificiis fa-  
cile comprehendi valet, quod Elisa-  
betha studiose aliorum importunitate  
sefe adactam fuisse, ab aliis credi vo-  
luerit, ne ex vindictæ impetu ad tam  
iniquam sententiam impulsæ crederetur.

§. LXXXV.

*Mortis sententia Londini promulgata.*

Elisabetha clangentibus etiam tubis *Thuan. l. 86.*  
hanc sententiam die quarta De-  
cembris publico edicto promulgari jus-  
sit, quin tamen illam suo chirographo,  
aut aperto consensu firmaret, ut populo  
suo persuasum faceret, quod nonnisi va-  
lidis Senatus sui sollicitationibus ex-  
pugnata consenserit. Re comperta Sco-  
tiæ Regina nullam sibi gratiæ spem su-  
peresse facile conjiciebat: mox etiam  
Thronus, cunctaque regiæ dignitatis  
insignia eidem auferebantur, imo non-

D d 4 nisi

Sæcul XVI.  
A C. 1586.

Sæcul. XVI.  
A C. 1586.

nisi ægerrime literas ad Elisabetham dandi facultatem obtinebat, quibus tria hæc ab illa petebat, ut tunc, cum illius hostes regio hoc cruore abunde fuerint satiati, Elisabetha illius corpus a suis domesticis transferri, atque in loco sacro, & figillatim in Gallis prope Matris suæ tumulum sepeliri permitteret; non enim sperare poterat Scotiæ Regina, quod hæretici permisuri essent, ut iuxta Catholicorum ritus exequiæ pro illius anima in Scotia haberentur, ubi etiam isti in ipsa etiam suorum Prædecessorum sepulcra grassabantur, & Catholicorum Ecclesias destruebant, proin nullus sperandi locus ei supererat, fore, ut eidem in Anglia locus, in quo alias Reges sepelire consueverant, indulgeretur. Secundo petebat, ne clam morti traderetur, sed potius præsentibus suis Domesticis, omnibusque illis, qui de sua erga fidem orthodoxam, veramque Ecclesiam submissione, necnon de vitæ suæ exitu testimonium reddere possent, ut sic omnibus falsis rumoribus, quos ejus hostes spargere non prætermitterent, obviari posset. Tertio efflagitabat, ut pia legata, quæ testamenti tabulis fecerat, integra fide ejus Domesticis solverentur, ipsisque liberum esset, ut securi, quocunque vellent,

vellent, sese recipere valerent. Porro **Sæcul. XVI.**  
 num hæc epistola Elifabethæ fuerit tra- **A.C. 1586.**  
 dita, ignoratur.

Equidem Jacobus Scotiæ Rex Ma-  
 riæ Stuartæ Filius, necnon Pomponius  
 Belleureus Franciæ Regis Orator apud  
 Anglos nullam non movebant lapidem,  
 ut iniqua hæc sententia in hanc Regi-  
 nam pronuntiata revocaretur: verum  
 Elifabetha ferme semper verbis ad frau-  
 dem, & simulationem compositis offi-  
 ciose respondit, re tamen ipsa hujus  
 iudicii executionem urgebat.

## §. LXXXVI.

*Stephani Batorii Poloniae Regis  
 obitus.*

Cum interim hæc in Anglia gereren- **Spond. hoc**  
 tur, Stephanus Batorius Poloniae **ann. n. 15.**  
 Rex die decima tertia Decembris Grod- **Neugabav.**  
 næ sine posteris decessit. Hic idem **in hist. Polon.**  
 primo Transylvaniæ Princeps anno au-  
 tem Christi millesimo quingentesimo se-  
 ptuagesimo sexto, postquam Henricus II.  
 hujus Regni diadema Carolo IX. Fratri  
 suo in Galliis successurus dimiserat, ad  
 Poloniae solium evehebatur, cujus Re-  
 gni auspicia oppido fuere prospera;  
 nam Moscovitæ, quos bello invaserat,  
 eidem Livoniam cedere cogebantur,  
 aliæ vero Provinciæ ab eodem Rege  
 occupatæ pacis conditiones ad Victo-